

**126** tabula marmorea. In fauce stagni Ostiensis, et ante arcem nobb. de Sacchettis FABRETTI. In villa Sacchettiana MAFFEI. In Castro Fusano ad villam Sacchettiam nunc Chisianam in parte domus rusticae MARINI (ms.). Ibi extat adhuc.

I M p p c A E S A r e s  
 M a u r e l i i i  
 C a r I N V S e t  
 n u m e r i a N u S  
 5 PII · FELICES · INVICTI · AVGVSTI  
 GERMANICI · MAXIMI · BRITANNIC  
 MAXIMI · PERSICI · MAXIMI  
 TRIBVNICIAE · POTESTATIS  
 COSS · PATRES · PATRIAEE  
 10 PROCONSULES  
 PONTEM · LAURENTIBVS  
 AD QVE · OSTIENSIBVS  
 OLIM · VETVSTATE · COLLABSV  
 LAPIDEVM · RESTITVERVNT  
 15 ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !  
 ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !

Descripti. Exhibent Fabretti 697, 190 (inde Vulpi Lat. 6, 107); Ghezzi ms. Angelican. p. 62; Maffei mus. Veron. 307, 1 non sine mendis, auctore non laudato (inde Donati 218, 8); Marini ms. Vat. ab Amadutio qui habuit ab amico, Arv. p. 418 ab E. Q. Visconti; E. Q. Visconti qui vidit, ms. I f. 113. 192; Fea viaggio ad Ostia p. 69; Amati ms. 9742 f. 37' a Gerhardo; Nibby analisi 1 p. 423; Brunn descriptis.

1—4 verborum erasorum reliquias ante me enotaverunt soli Fabrettius et Ghezzius quorum lectionem adposui. — 1 I.....SA.... Ghezz., IMPP · CAESARES Fabr. — 2 M..... Ghezz., AVRE... Fabr. — 3 ONINVS.... Fabr.; Ghezzi nihil legit. — 4 priores nihil legerunt.

**127** fragmentum tabulae marmoreae. Adseratur una cum n. 126.

! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !  
 ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !  
 ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !  
 ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !  
 5 PII FELICES · INVICTI AUGUSTI  
 GERMANICI maximi britannie  
 MAXIMI persici maximi  
 cet

Descripti. E. Q. Visconti ms. I f. 192; Nibby analisi 1 p. 423; Amati ms. 9742 f. 37' a Gerhardo; Brunn descriptis.

Ex utraque tabula principium nomina imperatorum duorum continens perii antiqua rasura, sed vestigiis in altera earum n. 126 relictis ut paucis, ita certis supplementa ea quae supra proposui indicantur. Carini et Numeriani Augustorum alios titulos horum plane similes habemus nullos; nam in titulis Africanis vol. VIII 2529. 2530. 4221. 4222 agnominata ex victoriis petita omissa sunt. Germanicum maximum appellatum esse Carinum neveramus (vol. VIII 2717. 7002); nova in illo sunt Britannici maximi et Persici maximi, in Numeriano tam haec quam Germanici maximi nomina. Persici nomen in Numeriano patris in ultima expeditione comite facile explicatur, unde etiam cum fratre communicari potuit; in Britannia illo tempore arma mota esse ne suspicati quidem eramus. Sed hoc non magis est singulare quam Britannici nomen Diocletiano datum in titulo n. 128 scripto a. 285. — Marinus (Arv. 1. c.), qui neque ipse viderat titulos nec de vestigiis ex imperatorum nominibus relictis audiverat, retulit ad Diocletianum et Maximianum. — [15. 16 sine dubio imperatorum duorum nomina scripta fuerunt utpote consulum a. 284. TH. M.]

**128** magna basis marmorea. Romae in atrio aedium Tiberii Ceuli BARON.; in aedibus Ceuoli ad viam Iuliam WINGH. CIACC. In villa Borghesia MANILLI. Ibi extat pone aedes domini HENZEN. — Ad argumenta originis Ostiensis quae infra exposui accedit quod idem Tiberius Ceuli apud quem primum descripta est etiam alteram inscriptionem habuit sine dubio Ostiensem n. 346.

in fronte:

IMP · CAES · C · VALERIO  
 DIOCLETIANO  
 PIO · FELICI  
 INVICTO · AVG · PONTIF · MAX  
 5 BRITANNIC · MAX · GERM  
 MAX · TRIB · POTEST · II · COS · II a. 285  
 P · P · PROCOS  
 HONORATI · ET · DECVRION  
 ET · NVMERVS · MILITVM  
 10 CALIGATORVM

in latere intuentibus sinistro:

CVRA · AGENTIBVS  
 CN · SERGIO · MERCVRIO  
 M · LICINIO · PRIVATO  
 TI · CLAUDIO · SOSIPOLE  
 5 MAGISTRIS · QQ · LVSTRI · XXIX

Titulum primarium descriptis Henzen vol. VI n. 1116. Utrumque exhibent Winghius Brux. 1, 10; Sirmondus ms. Paris. 1419, 237; Montelatici villa Borghese (1700) p. 82 seq.; a prioribus Orelli 3540. Titulum frontis Baronius ann. eccles. vol. 2 (ed. R. 1594) p. 660 ad a. p. Chr. 284 (inde Grut. 279, 3, collatis in ed. 2 schedis Gutensteinianis); Ciacconius Raff. f. 76'; Manilli villa Borghese (1650) p. 149; Ptolemaeus sched. Senens. 1, 170; Fabretti 747, 546. Solum titulum lateris Maffei mus. Ver. 253, 8.

In inscriptione lateris v. 3 PRIVALIO habet Sirm., 4 T·CLAVDIO Maff., SOSIPOLE Sirm., 5 xx·ix Winghe, xix Sirm.

M. Licinius Privatus is qui in inscriptione lateris inter magistros quinquennales lustri undetrigesimi memoratur loco secundo, in altero titulo nuper Ostiae effosso (n. 363) appellatur *magister quinquennalis collegi fabrum tignuariorum lustri XXVIII*. Nihil igitur dubii quin inscriptio lateris pertineat ad collegium fabrum tignuariorum Ostiensium. Titulus frontis fieri potest ut alienus sit ab inscriptione lateris, substitutus — id quod saepe factum est et quod de hoc quoque coniecit Henzen, cum ederet eum inter urbanos — in locum tituli antiquioris erasi. Sed tamen etiam hic pertinere videtur ad idem collegium. Nam posuerunt eum honorati et decuriones et numerus militum caligatorum; quorum honorati quidem et decuriones in quolibet collegio esse potuerunt, numerus autem caligatorum alibi nondum repertus peculiaris fuit collegio fabrum tignuariorum Ostiensium, testibus titulis Ostiensibus duobus, quorum alterum iam a nobis commemoratum M. Licinio Privato posuit universus numerus caligatorum collegi fabrum tignuariorum Ostiensium, alterum (n. 160) G. Bassilio Crescenti numerus caligatorum decuriarum XVI

colleg(i) fabrum tignuariorum Ostis. Habemus igitur titulum Diocletianum dedicatum a collegii fabrum tignuariorum Ostiensium honoratis decurionibus caligatis sive plebeis, non Romae — nam collegium Ostiae constitutum si in urbe Roma titulos imperatori dicavit, quod fieri potuit, sed vix factum esse puto, certe non omisit mentionem patriae — sed Ostiae sive in foro coloniae sive eo loco quo collegae convenire solebant, unde hanc basem Romam esse translatam statuendum erit. — Restat explicanda altera difficultas. Ad idem collegium fabrum tignuariorum Ostiensium tam lateris inscriptionem quam frontis pertinere ostendimus. Quarum cum altera contineat dedicationem factam ab eo collegio, altera nomina magistrorum eiusdem collegii sub quorum cura dedicatio facta est, quis dubitaverit, quin altera alterius sit aequalis, et quin ipsi ei magistri lustri undetrigesimi, quorum nomina in inscriptione lateris leguntur, anno 285 titulum frontis Diocletiano incidentum curaverint? Sed hoc vetant cum aliis tituli in quibus lustra collegi fabrum tignuariorum enuntiantur, tum maxime is qui positus est a fabris P. Bassilio Crescenti lustro

## ADDITAMENTA.

### I. COLONIA OSTIA. PORTVS OSTIENSIS (p. 1).

Graecas inscriptiones Ostiae et in Portu repertas nuper collegit Kaibel inscr. Graec. Ital. et Sicil. n. 944—948; unde eis quae de rebus Ostiensibus exposui nova accedunt non multa. Unum memoro, rei publicae Portuensis, quam nullam fuisse dixi p. 6 ante saeculum p. C. IV, apertissimam mentionem extare in hoc epigrammate originis incertae,

sed recte sine dubio a Kaibello n. 941 inter Portuenses inscriptiones recepto: εἰ δὲ ἐπιτολμήσει τις τούτῳ συνθάπτεμεν ἄλλον, δώσει τῷ φίσκῳ τρὶς δύο χειλιάδας, τόσσας καὶ Πόρτῳ καταθήσεται κτλ. Ceterum ipsum hoc epigramma saeculo IV non est antiquius.

ad p. 2. Inscriptiones Ostienses in suburbano Paccae adseratas nuper, defuncto cardinali Pacca iuniore (eius qui effossiones instituerat fratri filio), heredes eius foras vendiderunt; nunc habet eas vel maiorem partem earum Trau mercator Vindobonensis. Sed antequam Roma exportarentur, apographa earum confici iussit Fiorellius eaque cum Henzeno communicavit; ex his apographis quae nostris copiis accesserunt habes infra n. 4155. 4160 et p. 482 ad n. 4144. — [Nonnullas Romae remansisse et extare apud negotiantem rerum antiquarum via della Mercede 44 (n. 222. 365. 605. 934. 938. 945. 956. 1405) certior fio a Stevensonio].

ad p. 9. Memorari debuit villa quam aetate Ciceroniana in litore Ostiensi habuit M. Seius aliquis, de qua multus est Varro r. r. libro III (potissimum c. 2, 7 seq. cf. 10, 4).

ad n. 2. Specimen scripturae dedit Huebner exempl. scriptur. epigr. n. 532.

ad n. 16. Vv. 4—8 delineavit Huebner n. 529.

ad n. 20. Vv. 1—6 delineavit Huebner n. 530, qui in v. 5 post EORVM, in v. 6 post ISDI habet puncta a me omissa.

ad n. 24. V. 2 fin. typographi culpa exciderunt notae numerales. Sic igitur scribenda est inscriptio:

ISIDI · BVBA*Sti*  
VENER · ARG · PIS  
COR · AVR · PE-<sup>III</sup>  
COR · ANAL · <sup>II</sup>-<sup>III</sup>  
<sup>5</sup> CALTIL · DIODORA  
BV BASTIAC A  
TESTAMENTO  
DEDIT

ad n. 30. Vv. 1—4 delineavit Huebner exempl. scripturae epigraph. n. 322.

ad n. 67. Vv. 1. 4. 5 delineavit Huebner n. 321. — 4 ectypum examinanti rursus magis videtur verum esse DEDICAT; et ita Huebner.

ad n. 72. Falsum exemplum praeter auctores citatos referunt etiam Gervasio *iscr. del mus. Borb. mem. Herc.* 8, 128; Minervini *inscr. mus. Borb.* p. 60 n. 80.

ad n. 83. Vv. 1—4 delineavit Huebner apibus omnibus omissis.

ad n. 86. Specimen scripturae dedit Huebner n. 319.

ad n. 98. Specimen scripturae (v. 3) dedit Huebner n. 320.

ad n. 113. 120. 121. Scripturae specimina dedit Huebner n. 525—527.

ad n. 119. Diem pridie nonas Apriles, quo haec basis dedicata est, natalem esse ipsius Caracallae observavit Hirschfeld *Wiener Studien f. class. Phil.* 1884 p. 120 not.

ad n. 126. Eodem loco quo nunc est, nempe insertam in exteriori pariete orientem versus in villa d<sup>ominorum</sup> de Sacchettis prope Ostia vidi iam Donius cod. Marucell. A, 188 f. 401.

ad n. 139. Vv. 1. 2. 7 delineavit Huebner ex. scr. epigr. n. 756, qui interpunctiones non foliorum, ut ego, sed crucium (+) forma exhibet.

ad n. 160. Partem delineavit Huebner n. 533.

ad n. 163. Delineavit Huebner n. 916.

ad n. 166. Vv. 1—4 delineavit Huebner n. 535.

ad n. 168. 169. Hirschfeldius (*Wiener Studien* 1884 p. 120) observavit diem III idus Apriles, quo utraque basis a. 195 dedicata est, natalem esse eius qui tunc imperitabat Severi.

ad n. 169. Tubi plumbei huius viri nomine inscripti nuper prodierunt in urbe Roma (*notizie degli scavi* 1884 p. 155). — Partem inscriptionis lateris delineavit Huebner n. 531.

ad n. 174. Vv. 1. 2 delineavit Huebner n. 323.

ad n. 172. Huius basis, cum nuper ex muro theatri Ostiensis, in quem antiquitus connecta erat, extraheretur, comparuit latus cum hac inscriptione, sic edita a Lancinio *not. 1886* p. 83, cuius lectionem confirmavit Gattius:

DED · III · NON · FEB  
L · EGGIO · MARVLLO · CN · PAPIRIO <sup>3 Febr.</sup>  
184  
AELIANO · COS ·  
LOCVS · ATSIGN · PER · C · NASENN  
5 MARCELLVM · CVR · PP · OPER · PVN

Cum de aetate huius Q. Petronii Melioris nihil certi constaret, conieci fuisse eum patrem Q. Petronii Melioris sodalis Augustalis anno 230; sed potest fuisse etiam eius avus. — De C. Nasennio Marcello vide ad n. 4148.

ad n. 175. V. 5 non fuit *consul[is]*, sed potius *[iuris]consul[ti]*.

ad n. 185. Vv. 2—4 delineavit Huebner n. 537.

ad n. 186. V. 2 pro IVLIVS·C scribe C·IVLIVS.

ad n. 245. Partem delineavit Huebner n. 959.